

Lonbardi non habentes regem, sed sub ducibus fuerunt. Unusquisque dux suam habebat civitatem¹. Tiabarus Ticenum, Perideus Mediolanum, Galarus Pergamum, Alachis Brixiam, Vilicondus Cremonam, Fenerarius Placentiam, Elunichius Mantuam, Pictavius Paduam, Varonus Veronam, Taurentius Tarvisium, Ferinus Vicentiam. Alie omnes civitates, que sunt a Mediolano usque ad Gallorum fines, erant sub dominio et potestate *Mediolani. Ille vero civitates, que sunt in Emelia² *f. 47^c. a Placentia versus Ravenam, erant tributarie regis Ravene. Alie posite inter Padi fluenta et maris littora detinebantur sub iugo urbis Mediolani. Idem autem Narsis Tarvisium accedens civitatem, illam et ipsius civitatis homines ac eorum bona cepit et occupavit. Videns³ deinde Vicentiam et Paduam, ipsam sub eius iugo posuit. Pergens igitur Cremonam et deinde Placentiam, illas una die subiugavit preter quatuor munitiones, que in ipsa existebant civitate, turrem scilicet episcopalem, sancti Sixti basilicam, turrem que est iuxta portam Oldricam, palatium communitatis, quod⁴ prope ecclesiam sancti Victoris situm est⁵. Movens autem castra inter Padum et montes equitando, iuxta Ticinum fuit castramentatus. Perexit itaque Narsis cum exercitu suo usque ad flumen Tannari. Cumque illud flumen propter aquarum inundationem transire minime posset, cum omni gente sua transpavit et in terram quoque Ticinensis civitatis intravit. Audientes quidem viri feroces et bellicosi urbis Mediolani de Narsis adventu, gentem eorum universam usque Suaviam et montium fines collegerunt, ipsum Narsem ad civitatem expectare volentes. Audito a Narse que a urbis Mediolani civibus agebantur, plurimum indignatus, turbatus, ira valde commotus, firmiter proponens et votum Domino faciens ipsam civitatem penitus diruere, homines quoque habitantes in ea gladio perire. *Intelligentes viri Ticinensis civitatis gavisii sunt gaudio magno de iniuriis a Mediolani civibus eis illatis vindictam sumere, illico ad Narsis presentiam accesserunt, promittentes et fedus cum eo facientes, forum et omnia que vellet esse daturos et ad Mediolani civitatem cum universa gente et fortia eorum esse profecturos, dantes ei plenam fiduciam; quam ipsis dederat, plenarie observavit. Die vero

1) Dies ist aus Pauli Hist. Langob. II, 32 entnommen. Tiabarus ist verdorben aus Zaban, wofür schon eine Hs. Tiaban hat, Galarus aus Wallari. Den Namen Perideo führen mehrere Personen bei Paulus, so der Mörder Alboins, ferner ein Herzog von Vicenza und ein anderer Herzog (VI, 54), daher macht ihn Joh. zum Herzog von Mailand. Die übrigen Namen von Vilicondus an hat er natürlich frei erfunden, dagegen die Herzoge von Trient und Friaul, welche Paulus noch nennt, hat er weggelassen, wohl weil ihn diese Orte nicht interessierten. 2) 'melia' Hs. 3) Scheint verdorben (aus Veniens?). 4) Fehlt Hs. 5) Hier documentiert sich der Autor durch Lokalkenntnis als Placentiner.